tuum ſacrorum hiſce literis Raſche עְ֯כְ/ quæ ſunt integrarum particularum initiales עַד־כָּן hucuſq; nempe legenda eſt haptara, ut Sidræ Bereſchith reperitur Haphtara in סִימָן c. Eſa. 42. ubi Haphtara inceperat, v. 5. ad marginem locatis hiſce הַפְטָרַת בְּרֵאשִׁית eſt Haphtara Bereſchith, ad v. 21. hiſce literis poſitis עְ֯כְ huc- uſq; porrigi hanc Haphtaram. Idem judicium de initio eſt & fine reliquarum omnium Haphtararum. De his omnibus fuſiùs dicetur infrà c. 24.

Caput XI.

De Ordine Librorum V. Teſtamenti.

Singulos libros V. T. in ſpecie conſideraturis, opus eſt, ſcire in genere ordinem ſeu conſecutionem librorum in V. T. Si n. ordo librorum ſacrorum in Hebræo Codice cum Latini exemplaris ordine conferatur, aliquando ingens diſcrepãtia animadvertitur, quæ ut dexterius judicetur, hic in Latina *Pagnini* verſione librorum eſt ordo: Moſis libri: Joſuæ, Judic. Ruth, 2. Sam. 2. Reg. 2. Chron. 1. Eſdr. 1. Neh. *Pſal. Prov*, Eccleſ. Cant. Eſa: